



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XXXVII. Die Markgrafen Johann und Otto verkaufen dem Kloster Lehnin für
300 Mark das Dorf Zehlendorf mit dem Wendischen Orte Slatdorp und den
Seen Slatsee und Tufen, im Jahre 1242.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

marcis: pro possessionibus, quas supradicti fratres de Lenin habebant ex donatione Patris nostri Alberti Marchionis Brandenburgensis circa montem, qui Hangende berg dicitur, commutauimus eis Nighenhof, Wolterstorp, Closterueld, Schonerlinde, cuius termini inter Buckholtz et eandem villam se extendunt usque in Santhforth cum omnibus attinentiis suis: pro quinque choris salis, quos habebant in thelonio in Brandenburg, commutauimus eisdem fratribus de Lenin viginti mansos cum omni iure in Bredewisch: villam vero Sommerfeldt cum quadraginta mansis contulimus perpetue Virgini dei genitrici Marie in Lenin in nostrarum remedium animarum. Preterea Henricus de Stegelitz et filius fratris eius nomine Henricus villam Arneftorp cum omnibus ipsius adiacentiis et molendino, et duos choros filiginis et sex modios in Hennikes Molne assignauerunt sancte Dei genitrici Marie in Lenin donatione perpetua, quam donationem nos ratam habentes contulimus eorundem honorum proprietatem cum omni utilitate predictis fratribus de Lenin. Vt igitur hec rata et inconuulsa in posterum permaneant, et bona denominata, que supra dicti fratres de Lenin in presentiarum iustissime ac liberrime possident, ab omni iure aduocatorum et bedellorum nostrorum et a iure, quod dicitur Herschilt, et ab omni qualicumque seruitio nostro exempta dinoscantur, duximus ea sigillorum nostrorum appensione communire, fidele testimonium tam spiritualium quam secularium personarum adhibentes, quarum ista sunt nomina: Rothgerus episcopus Brandenburgensis, Petrus Prepositus eiusdem loci, Rodericus abbas de Cenna, Prepositus Henricus de Nauen, Johannes notarius Curie, Bertoldus de Velberg, Willikinus de Tornow, Conradus de Widenfe, Gerardus de Kerkow, Cristoforus Meise, Conradus Meise, Henricus de Selchow, Theodericus aduocatus de Spandow et alii quam plures. Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini M^o CC^o XLII, epacta VIII, concurrente secundo.

Aus dem Lehniner Copialbuche des Geh. Min.-Archivs.

XXXVII. Die Markgrafen Johann und Otto verkaufen dem Kloster Lehnin für 300 Mark das Dorf Zehendorf mit dem Wendischen Orte Slatdorp und den Seen Slatsee und Tufen, im Jahre 1242.

Villa Cedelendorp cum omnibus suis pertinentiis, videlicet villa Slaucali, que Slatdorp dicitur, et duobus stagnis Slatfe et Tufen et silua predictae ville adiacente pro CCC marcis vendiderunt Johannes et Otto Marchiones Brandenburgenses. Anno 1242.

Altes Verz. Lehniner Urkunden. Gerken VII, 329.